( ) 1143 comburunt. Videns autem dux Wald(izlaus), quod hoc placeret Boemis, apposuit eisdem flagellis cedere Ottonem. Et sic tota Moravia devastata, cum nimia / Leges p. IV u. V. (preda Boemiam revertitur, et post tot labores suos milites electos per arma probatos plurimis ditavit beneficiis.

1144 Anno dominice incarnationis MCXLIV° princeps Otto una cum fratre suo Wratizlao sese contra dominum suum ducem inique ~~agente~~ egisse recognoscentes, relicta temeritate Conradi, fratris sui, per interventum domni Heinrici Moraviensis episcopi gratiam ducis Wladizlai colla sua eburnea[1] gladio suo submittentes acquirunt, et provincias suas licet devastatas habere permittuntur.[2] Eodem anno Velizlao comes[3] Troianum filium habens unicum optime indolis a duce Wladizlao Wissegradenso donatur castro, quod usque ad finem vite sue obtinuit.

1145 Anno dominice incarnationis MCXLV° domnus Heinricus Moraviensis episcopus causa orationis una cum principe Ottone Romam iter arripuit,[4] quem Conradus Moraviensis sub simulata pace et amicitia in exitu terre illius convenit et per eum, gratiam domni ducis Wladizlai ut obtinere valeat, suppliciter orat. Et sic ad telonium Vzobren[5] ante ecclesiam

1) cf. Ov. Met. 3, 422: Impubesque genas, et eburnea colla, decusque.

2) Nach dem Bericht des Kardinals Guido (Friedrich, Cod. dipl. regni Boh. I, 135, S. 137) war die Versöhnung zwischen Wladislaw, Konrad, Otto und Wratislaw auf Guidos Vermittlung schon eher erfolgt; nach Ann. Grad. S. 652 unterwarf sich 1145 nur Otto, relinquens temeritatem fratrum suorum, videlicet Conradi et Wratizlai. Vgl. Bernhardi, Jb. K III, S. 296 u. Bretholz, S. 238 f.

3) Vgl. oben S. 11

4) Vgl. das Einladungsschreiben des Papstes, Friedrich, a. a. O., 141, S. 144

5) Hausbrunn (tschech. Usobrno) b. Mähr. Trübau. Sembera (O útoku Kuntata Znojemského na biskupa Jindřicha Zdíka, Časopis Česk. Mus. 1875, 47ff.) schlägt den Ort Jaroměřice b. Gewitsch vor, der zur Schilderung des Kampfes besser passe.